

rum ex masculis a dicto primogenito descendentes, tunc presentatio, & respective deputatio, nominatio, & electio modo, & forma premissis, ad secundogenitum, si superstes fuerit, sin minus ad natu majorem masculum similiter usque in infinitum, & deficiente linea masculorum ex masculis descendente a secundogenito, Juspatronatus presentandi, deputandi, eligendi, & nominandi hujusmodi transeat ad tertio genitum, predicto ordine servato, & sic successively de una linea ad aliam ad omnes descendentes masculos a dicto Marco Antonio. Non existentibus vero filiis, vel aliis masculis ex dicto Marco Antonio, ejusque posteris masculis descendentes, vel illis quancumque in perpetuum deficientibus, Juspatronatus, & presentandi, & respective deputandi, eligendi, & nominandi hujusmodi, ad filiam foeminam dicti Marci Antonii, vel ultimi masculi legitimi ab ipso Marco Antonio descendentes, legitimam, & naturalem, ac natu majorem, & postmodum ad ejus filios, & descendentes masculos, legitimos, & naturales in perpetuum ordine primogenitura, ut supra dictum est, de descendentes masculis, servato, spectet, & pertineat. Si vero contigerit, lineam masculinam ex foeminis ex d. Marco Antonio descendentes penitus extingui, vel non extare, tunc, & eo casu foemina ex filiabus, vel aliis descendentes foeminis ex dicto Marco Antonio descendentes, ordine primogenitura, ut de masculis dictum est, semper servato, ad dictum Juspatronatus, & presentandi, & respective deputandi, eligendi, & nominandi succedant. Deficiente vero in totum linea tam masculina, quam foeminina ex dicto Marco Antonio descendente, vel illa non existente, Juspatronatus, & presentandi, ac respective deputandi, eligendi, & nominandi hujusmodi transeat ad predictum Franciscum, ejusque filios, & descendentes masculos, de primogenito in primogenitum, ac eis deficientibus ad foeminas, ut supra dictum est de descendentes dicti Marci Antonii. Et tandem ex ipso Francisco descendentes masculis, & foeminis deficientibus, vel non existentibus ad predictum Curtium Burgesium nostrum secundum carnem hujusmodi consanguineum, & post eum ejus primogenitum, & alias modo premissis de primogenito in primogenitum, prout de dicto Marco Antonio supra dictum est, etiam quoad foeminas exinde descendentes in infinitum. Deficientibus autem omnibus, & singulis masculis, & foeminis descendentes a Marco Antonio, & Francisco, ac Curtio predictis, tunc succedat in Juspatronatus, & presentandi, ac respective deputandi, eligendi, & nominandi hujusmodi, qui nobis fuerit in linea masculina, & ea deficiente in foemina sanguine proximior, servato semper in omnibus casibus supradictis ordine primogenitura, transeundo scilicet de primogenito ad primogenitum, & presentando lineam primogeniti lineam secundo-

geniti, & masculos ex masculis descendentes, natis ex foeminis, ac masculos ex foeminis, ipsi foeminis, atque alias in omnibus, & per omnia, prout in linea filiorum descendentes a dicto Marco Antonio ordinatum est, ita quod Juspatronatus, & presentandi, ac respective deputandi, eligendi, & nominandi hujusmodi, ad unum solum successorem in solidum, & post illum ad alium semper deveniat, absque eo quod inter plures successores dividi possit.

§. 54. Institutiones, aut collationes, & provisiones personarum, ut presentetur, a Patrono pro tempore presentatarum, videlicet quoad Prioratum per Cardinalem Profectorem, & seu etiam ipsum Priorem prout ipsi Patrono magis placuerit, fieri debeant, si vero pro tempore existens Patronus Prioratus, & Cappellaniarum hujusmodi in dignitate ecclesiastica constitutus esset, tunc ipse Patronus in hujusmodi dignitate constitutus non teneatur presentare, sed Prioratum, ac Cappellanas, ac eorum singulas quomodocumque, & quancumque vacantes, ut presentetur, pleno jure, ac eisdem modo, & forma auctoritate quibus dicto Scipioni Cardinali reservavimus, & concessimus, absque alicujus presentatione conferre, & de illis etiam providere, ac disponere, & provisiones in possessionem immittere, inducere, ponere, & defendere, libere, & licite possit, motu, & ex certa scientia, & potestatis plenitudine similibus itidem perpetuo reservamus, concedimus, & assignamus.

§. 55. Præterea pro potiori Scipionis Cardinalis, Marci Antonii, aliorumque ad Juspatronatus, necnon presentandi, & respective deputandi, eligendi, & nominandi, aliorumque predictorum reservationem, & concessionem per nos factam quomodolibet vocatorum, cautela, & securitate, & sine aliarum donationum, & gratiarum quarumcumque illis, tam in premissis, quam alias quancumque, & quomodocumque factarum aliquo præjudicio, quas presentibus pro expressis, & ad verbum insertis haberi, ac quas in omnibus iis, quas presentis nostre dispositioni contraria non sunt, semper salvas, validas, & firmas esse, & remanere, & si quid in aliqua, seu aliquibus ipsarum deficeret, per aliam, seu alias suppleri, & juvari posse, & debere, volumus, atque decernimus, dictam Cappellam cum Altaribus, statuis, picturis, Sacristia, mansionibus, ædificiis illi annexis, commoditatibus, omnique illius structura, & ornatu, ac impenſa, & impenſis, etiam notabilissimis, cujuscumque summe extiterint, seu extent tam hucusque quomodolibet factis, quam imposterum faciendis, necnon dotibus, proventibus, introitibus, redditibus, juribus, & emolumentis, ac universa suppellectili, jocalibus, & rebus, tam hæcenus quomodolibet datis, donatis, unitis, & assignatis, applicatis, & concessis, quam imposterum a Nobis dandis, donandis, uniendis, assignandis, applicandis, & concedendis, necnon

Patronus presentat coram Profectore, vel Priore, & quando Patronus erit in dignitate ecclesiastica constitutus poterit conferre.

Nova reformatio Jurispatronatus ad abundantiam cautela.

Donatio omnium expensarum faciendarum, ac faciendarum, ac cessio Juris Camera super illis capientium.

melioramentis, & augmentis, etiam tam hæcenus factis, quam faciendis quibuscumque, illorumque pretium, valorem, & æstimationem, ac omnes, & singulas pecuniarum summas, qualitates, & quantitates a Nobis, seu de mandato nostro hæcenus erogatas, & erogandas in futurum quancumque, etiam notabiles, & notabilissimas.

§. 56. Item omnia, & singula, ac quancumque jura, & actiones Camere nostre Apostolicæ super premissis omnibus, & singulis quibuscumque, seu premissorum causa, & occasione, ex quovis jure, causa, & occasione, capite, vel preterito, ingenio, vel quæsto colore, etiam in corpore juris clausis, ac tam deductis, quam deducendis, cogitatis, & incogitatis, & quæ deduci, & excogitari quomodolibet possent, & de quibus in presentibus mentionem fieri oportet specialem, aut alias quomodolibet, quomodocumque, & qualitercumque competentia, & competentes, ac competitura, & competituras, ac quæ competere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum dictis Scipioni Cardinali, ac Marco Antonio, & aliis, ut supra, ad Juspatronatus, & presentandi, ac respective deputandi, eligendi, & nominandi quomodolibet vocatis quibuscumque modo, & forma, ac ordine supradictis, qui hic ad verbum pro repetitis habeantur, & censentur, perpetuo, ac donatione libera, & irrevocabili, qua sit, & fieri dicitur inter vivos, perpetuo valitura donamus, damus, cedimus, concedimus, & largimur, ac eos omnes, & singulos in nostrum, & Successorum nostrorum Romanorum Pontificum, ac Sedis, & Camere Apostolicæ jus, locum, privilegiumque universum quoad predicta ponimus, substituimus, & subrogamus in verbo Rom. Pont. motu, scientia, & potestate similibus: attestantes, atque asserentes, hæc tam ab initio ipsius Cappellæ foundationis, & constructionis, quam antea, & postea, ac semper fuisse, & esse nostram mentem, intentionem, & indubitam voluntatem, ut omnia, & quancumque in dicta Cappellæ, & novæ Sacristiæ dictæ Basilicæ foundatione, ac constructione, & ornatu de nostris pecuniis exponenda, ac etiam aliunde applicanda cederent, ac cedere deberent in acquisitionem, & reservationem Juspatronatus, ac presentandi, & deputandi, necnon eligendi, & nominandi pro Scipione Cardinali, ac Marco Antonio, aliisque in predicto ordine vocatis, itaut eisdem ex vera, & reali foundatione, & constructione, ac perpetua dotatione Juspatronatus, & presentandi, ac deputandi, eligendi, & nominandi, perpetuo acquisitionem foret, & esse deberet.

Decernitur Juspatronatus & presentandi esse ex vera, & reali foundatione, constructione, & dotatione, Nobilium, & Illustrium, ac Principum, &

§. 57. Decernentes Juspatronatus, & presentandi, deputandi, & eligendi, & nominandi hujusmodi, laicorum Nobilium, & Illustrium, ac Principum, ac in omnibus, & per omnia ad instar Regum vere existere, ac Scipioni Cardinali, Marco Antonio, & aliis futuris Patronis predictis, non ex privi legio, sed ex veris primæva, reali,

actuali, plena, integra, & omnimoda fundatione, & perpetua dotatione, ac etiam ratione ædificationis, ac totalis, & integræ a primis fundamentis, originalisque, & perpetuæ constructionis tam Cappellæ, quam Sacristiæ predictarum competere, & ad illos pertinere, & propterea vere Juspatronatus presentandi, deputandi, eligendi, & nominandi laicorum, seu laicale Nobilium, & Illustrium, ac Principum, & ad instar Regum esse decernimus, declaramus, atque pronunciamus.

§. 58. Illudque veram, & propriam, ac non fictam naturam Juspatronatus presentandi, deputandi, & nominandi laiculis, ac talem substantiam, essentiam, qualitatem, validitatem, & roboris firmitatem, vimque, & effectum habere, & obtinere, ac Scipioni Cardinali, Marco Antonio, & aliis futuris Patronis predictis, & eorum cuilibet perpetuo suffragari debere in omnibus, & per omnia absque ulla prorsus differentia, ac ut tale, sub quacumque derogatione, etiam cum quibusvis prægnantissimis, & efficacissimis verbis, clausulis, ac etiam irritantibus, & aliis fortioribus decretis, etiam cum clausula, quorum tenores, in quacumque dispositione, etiam per viam Constitutionis, Legis, Regule Cancellariæ Apostolicæ, etiam per Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter pro tempore, etiam in crasium ad summi Apostolatus apicem quoruncumque Romanorum Pontificum Successorum nostrorum, aut alias quomodocumque factis, concessis, & emanatis, nullatenus comprehendendi, nec illi ullo umquam tempore, etiam ratione cujusvis litis pendentiæ, vel vacationis Prioratus, & Cappellaniarum hujusmodi apud Sedem predictam, etiam ex causa permutationis, vel devolutionis, seu alio quocumque preterito, & ex quacumque causa quantumvis urgenti, & legitima, per Nos, seu quoscumque alios Romanos Pontifices Successores nostros pro tempore existent es, vel Sedem predictam, aut illius etiam de latere Legatos, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, seu cujusvis intuitu, contemplatione per quancumque literas apostolicas, etiam in forma Brevis, & quancumque etiam derogatoriarum derogatorias, ac fortiores, & insolitas clausulas, nec non irritantia, & alia contraria decreta quancumque, etiam toto, & integro presentium tenore inserto, ac de Patronorum, seu cujusvis alterius consensu, aut alias quomodolibet derogari posse, vel debere, aut derogatum censeri.

§. 59. Minusque Archiepiscopatum, Canonicatus, & Præbendas, Cappellanas, & Beneficia in Ecclesia S. Laurentii, ut presentetur, suppressa, & extincta, ac dictæ Cappellæ, ut supra constructæ, in eaque Prioratu, & Cappellaniis a Nobis erectis, unita, & applicata, seu eorum alicui vacatione, ut presentetur, ut alias quomodolibet

Juspatronatus non cadere, sub quacumque revocatione, & derogatione, nec illi etiam ratione vacationis apud Sedem, permutationis, devolutionis litis, nec ex quancumque, alia causa posse derogari, etiam de Patronorum consensu.

Uniones, & applicationes factæ mensis Prioris, & Cappellano non possint alteri Ecclesiæ, vel loco applicari, aut aliter disponi.

contrariis non
obstant quibuscumque.

libet occurrente, cuiquam conferri, nec aliter de illis, etiam in favorem quarumvis personarum, vel etiam Ecclesiarum, Hospitalium, Cappellarum, Locorum Piorum, aut in alios quosvis, etiam magis pios, & privilegiatos usus, & quavis etiam urgente, & urgentissima causa, etiam de illa tunc obtinenda, ac Prioris, & Cappellanorum predictorum, & seu etiam Patronorum, aut Praepositi, Religiosorum, & totius Congregationis predictorum, aut aliorum quorumvis consensu, etiam formaliter habito, & etiam presentium facta mentione, & ad verbum insertione, & derogatione, quomodocumque, & qualitercumque disponi posse, neque debere. Ac omnes, & quascumque collationes, provisiones, commendas, presentationes, institutiones, vel alias dispositiones tam de Archipresbyteratu, Canonicatibus, Praebendis, Cappellania, & Beneficiis predictis, ut supra, suppressis, & extinctis, quam de Prioratu, & duodecim Cappellaniis, etiam ut supra a Nobis erectis, & institutis, seu eorum aliqua, contra harum presentium nostrarum literarum formam, tenorem, & dispositionem, sub quibusvis verborum expressionibus, & quomodolibet pro tempore faciendas, processusque desuper habitos, ac omnes, & quascumque collationes, provisiones, commendas, presentationes, institutiones, vel alias dispositiones de Prioratu, & Cappellaniis predictis, ut praefertur, vel alias quovis modo, etiam apud Sedem eandem pro tempore vacantibus, quibusvis personis, & etiam communitatibus, Collegiis, Locis Piiis, Cappellis, & aliis quam ad presentationem Patronorum predictorum, sub quibusvis verborum expressionibus pro tempore factas, seu faciendas, processusque desuper habitos, seu habendos, ac inde pro tempore sequenda quaecumque, nulla, & invalida, nulliusque roboris, vel momenti fore, & esse, ac pro nullis, & infectis haberi, & conferri, nec jus, aut coloratum titulum possidendi eniquam tribuere, vel per illa acquiri posse, suppressionem, extinctionem, ac unionem, & applicationem predictas, & respective collationes, provisiones, & alias dispositiones per Scipionem Cardinalem, ac Protectorem, seu Priorem respective ut supra, necnon presentationes per Patronos predictos respective pro tempore factas, subsequatasque institutiones validas, & efficaces fore, & esse, suosque effectus fortiri, ipsisque provisis, presentatis, & institutis, tale jus in re, vel ad rem acquiri, quale acquiritur presentatis, & institutis ad beneficia de vero, & reali Jure patronatus Laicorum Nobilium, & Illustrium, ratione primaria, & integra institutionis, ac perpetuae dotationis ex bonis mere laicalibus, & patrimonialibus dumtaxat existentia, necnon Archipresbyteratum, Canonicatus, & Praebendas, Cappellaniam, & beneficia predicta, ut praefertur, suppressa, extincta, ac unita, & applicata, necnon respective, ut praefertur, erectos, & institutos

Prioratum, & Cappellanas, Sacrificam, & Clericatus huiusmodi, sub quibuscumque contrariis, vel similibus, seu dissimilibus, specialibus, vel generalibus reservationibus, unionibus, annexionibus, incorporationibus, suppressionibus, extinctionibus, dissolutionibus, dismembrationibus, applicationibus, etiam perpetuis, vel temporalibus expectativis, & aliis etiam preventivis gratis, ac uniendo, & applicandi, necnon conferendi, providendi, & aliis facultatibus, concessionibus, literis, mandatis etiam de providendo, ac indultis, & dispositionibus quibuscumque, illorum, & illarum revalidationibus quibusvis personis, etiam predicta S. R. E. Cardinalibus, etiam de latere Legatis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusvis suspensivis, restrictivis, ac etiam derogatoriis derogatoriis, clausulis irritantibus, etiam vim contractus inducentibus, aut fortioribus, & acrioribus decretis, atque aliis quomodolibet nunc, & pro tempore concessis, necnon quibusvis clausulis, & decretis quantumvis amplissimis, & praegnantissimis etiam cum clausula, quorum tenores, editis, & edendis, nullatenus comprehensa esse, aut fore, minimeque comprehendi posse, aut debere, sed semper ab illis excepta, & exclusa esse, & ceteri debere.

§. 60. Ad omnia, & singula praemissa, necnon jam confectas literas, ac presentes nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quovis defectu, etiam ex eo, quod causa, propter quas praemissa facta sunt, coram Urbis Vicario, aut Archipresbytero dictae Basilicae Sanctae Mariae Majoris, nunc, & pro tempore existenti, vel ejus Vicario huiusmodi, aut quocumque locorum, ubi bona praedicta sita sunt, Ordinario, etiam tamquam Sedis praedictae delegato, aut alibi, & coram quibusvis examine, verificata, & ab eis approbata, necnon Cardinales titulares Sancti Laurentii in Lucina, & Archipresbyter Basilicae Sanctae Mariae Majoris, qui fuerunt, & nunc sunt, Capitulumque, & Canonici ejusdem Basilicae S. Mariae Majoris, necnon Prior, & Cappellani praedicti, ac Praepositi, Religiosi, Congregatioque Presbyterorum, necnon Archipresbyteratum, Canonicatus, Praebendas, Cappellaniam, & Beneficia praedicta obtinentes, ac Guardiani, & Confratres Archiconfraternitatis Consalensis, & Confraternitatum Beatae Mariae de Ara-Coeli, & Sancti Alberti, ac ceteri supradicti, & alii quicumque in praemissis quomodolibet jus, seu interesse habentes, vel habere praetendentes, ad id vocati, & auditi non fuerint, nec desuper suum consensum praestiterint, seu ex quavis alia causa, vel quocumque pretextu, quæsito colore, vel ingenio notari, impugnari, invalidari, retractari, & ad terminos juris reduci, seu in jus, vel controversiam revocari, aut adversus illa quocumque juris facti, vel gratiae remedium im-

Clausula
quod non possit
dari de obreptione, subreptione, vel intentionis de facto.

petra-

petrari posse, nec sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis excepta, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum, & eum, in quo antea erant statum, restituta, reposita, & plenarie reintegrata, ac etiam de novo sub posteriori data per Scipionem Cardinalem, & Protectorem, ac Patronos futuros praedictos quomodocumque eligenda concessa, validaque, & efficacia fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac perpetuo suffragari, praemissaque omnia, & singula, ac super illis confectas literas praedictas, ac easdem presentes, & in illis contenta quaecumque, etiam si in illis, sive eorum aliquo de Sedis, & Camerae nostrae Apostolicae, necnon Cardinalium titularium Sancti Laurentii in Lucina, & Archipresbyteri Basilicae Sanctae Mariae Majoris, ac Capituli, & Canonicorum, Cappellanorum, & Clericorum ejusdem Basilicae, Priorisque, & Cappellanorum praedictorum, necnon dictos Archipresbyteratum, Canonicatus, & Praebendas, Cappellaniam, & Beneficia suppressa praedicta obtinentium, ac Praepositi, Religiosorum, & Congregationis, necnon Archiconfraternitatis, & Confraternitatum, aliorumque praedictorum, & aliorum quorumvis, etiam speciali nota dignorum, & quantumvis privilegiatorum, & qualificationum, etiam necessario exprimendorum, damno, interesse, ac praedictio, & etiam quantumvis enormi, & enormissima laesione ageretur, seu sequeretur, aut ipsum interesset, damnum, praedictum, ipsaque laesio esset servata, & ad illa, aut eorum aliqua praedicta, & alii quicumque interesse habentes, seu habere praetendentes, auditi, citati, vel vocati non fuissent, minusque suppressionem, extinctionem, dismembrationem, unionem, applicationem, approbationem, donationes, concessionem pecuniarum solutionem, aliaque praedicta, ac presentes juxta Pii Papae Quarti Praedecessoris nostri de registrandis gratis editam Constitutionem infra terminum in ea praefixum, seu unquam in eadem Camera, vel alibi admittenda, neque etiam juxta juris, & quorumcumque Pontificalium Constitutionum, ac etiam Statutorum Urbis, & illorum reformationum formam insinuata, notificata, & etiam in ejusdem Camerae libris, seu apud acta publica, vel alibi admittenda, & registrata non existant, aut ex quibusvis nullitatibus, aut dictae Constitutionis, seu nostrae Regulae de non tollendo jure quaesito, & quibusvis aliis Nostris, vel Praedecessorum nostrorum constitutionibus, legibus, statutis, reformationibus, decretis, & consuetudinibus, etiam de directo, & penitus contrariis, seu aliis quibusvis obstaculis, impedimentis, etiam praedictis quibuscumque, nullatenus, seu minus sufficienter derogatum sit, & quod in illis certa forma, certaque solemnitate etiam ex forma ipsarum literarum ad donationem

Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

num, concessionum, aliorumque praemissorum, aut aliis de necessitate servanda, & quomodolibet requisita, servata non sint, nihilominus semper, & perpetuo valere, ac firmitatem, & robur obtinere, suosque plenarios, & integros effectus fortiri debere volumus, & declaramus. Nos enim praedictos, & alios quoscumque, etiam quantumvis substantiales, atque formales, & de necessitate exprimendos defectus, siqui in illis, aut eorum aliquo, vel circa illa quomodolibet intervenissent, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus supplemus, eosdemque defectus sanamus, tollimus, & abrogamus. Et nihilominus pro potiori ipsorum Scipionis Cardinalis, & Marci Antonii, aliorumque vocatorum, ac Prioris, Sacrificae, & Cappellanorum praedictorum cautela, perinde ac si nunquam praecedentes litterae nostrae, quoad haec, a Nobis emanassent, de novo de per se, ac aequè principaliter, juxta presentium formam, continentiam, & tenorem, omnia, & singula supradicta facimus, statuimus, decernimus, declaramus, concedimus, damus, donamus, clarigimur, ac ut supra volumus, disponimus, & ordinamus. Decernentes in omnibus, & singulis praemissis utile per inutile non vitari, sed omnia rata, valida, & firma omnino per se, sine aliqua dependantia, seu correspondentia, existere debere.

§. 61. Necnon dictum Scipionem Cardinalem, ac Marcum Antonium, & alios vocatos praedictos, seu quovis alios ad praedictas literas, minusque presentes, & in illis, ac praesentibus narrata, & contenta quaecumque, in Camera nostra Apostolica praesentandum, & in ejus libris admitti, & registrari faciendum, etiam juxta dictam Pii IV. Praedecessoris de registrandis, minusque illas, vel illa in toto, vel in aliqua illorum parte, in iudicio, vel extra, quavis causa, & occasione exhibendum, probandum, justificandum, seu verificandum ullo tempore teneri, aut ad id cogi, vel compelli ullatenus posse, seu debere: & etiam si eadem met litterae non exhiberentur, & numquam apparerent, nec apparere possent, nihilominus illa pro verificatis haberi debere, praesentisque etiam absque aliarum literarum, & scripturarum praedictarum exhibitione, & illarum, presentiumque, ac in eis contentorum, etiam sine ulla proferus probatione, verificatione, & justificatione, nihilominus ad omnia, & singula legitime, & sufficienter in iudicio, & extra probandum, verificandum, & justificandum omnino sufficere, nec alterius probationis adminiculum requiri, in nullo quacumque contrariam probationem illis minime obesse, ac omnia, & singula praemissa perpetuo valida, firma, & efficacia fore, & esse ad donationem, & concessionem, aliaque praedicta vim validi, & efficaci, ac initi, & jurati contractus inter nos, & Sedem, Cameraeque praedictas ex una, & dictum Scipionem Cardinalem, ac Marcum Antonium, aliosque vocatos praedictos ex altera partibus, etiam titulo oneroso habere, & obtinere, ipsisque Scipioni

Decernitur
praesentes literas non esse
in Camera
praesentandas,
nec registrandas,
nec ullibi
esse in aliquo
verificandas,
& justificandas,
nec illis
contrariam
probatorem
nocere.

B b 2 Car-

Cardinali, & Marco Antonio, aliisque vocatis praedictis plenissime in omnibus, & per omnia suffragari, illosque praemissorum effectu pacifice frui, & gaudere debere. Nosque, & Sedem, Cameramque praedictas tam ad eorumdem praemissorum plenariam observationem, quam ad ipsius Scipionis Cardinalis, Marci Antonii, & aliorum vocatorum praedictorum, in pacifica eorum possessione, & usu, mantentionem perpetuo teneri, ac de omni, & quacumque evictione obligatos esse, & fore decernimus, & declaramus, prout in verbo Rom. Pontif. promittimus, ac Nos, & Cameram Apostolicam, illiusque bona quaecumque nominatim, & in specie pro eorumdem praemissorum observatione, etiam in casu cuiuscumque evictionis dictorum jurium tam de facto, quam de jure, ac quovis casu, etiam inopinato, & inexcogitabili in ampliori forma Camerae Apostolicae in ipsorum Scipionis Cardinalis, Marci Antonii, & aliorum vocatorum praedictorum favorem, obligamus, & hypothecamus.

§. 62. Sicque nostrae mentis, intentionis, & incommutabilis voluntatis fuisse, & esse attestamus, & ita in omnibus, & singulis praemissis ab omnibus censerit, ac per praedictos Cardinales Urbis Vicarios, ac dictae Basilicae S. Mariae Majoris Archiepresbyteros, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarios, nec non Theaurarios, Clericos, Praesidentes Camerae nostrae praedictae, & quoscumque Judices ordinarios, & extraordinarios, Commissarios, nec non Curiae causarum ejusdem Camerae, & Palatii nostri Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de Lateri Legatos, Vicelegatos, & Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, irritumque, & inane, quicquid secus a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, pariter decernimus, statuimus, & mandamus.

§. 63. Non obstantibus omnibus, & singulis praemissis, ac quibusvis aliis nostris literis, & dispositionibus, nec non similibus mem. Symmachi, ac Callisti, Gregorii Noni, & Decimertii, Joannis Vigesimalimi, Clementis Septimi, Innocentii Sexti, & Septimi, Pauli Secundi, Tertii, & Quarti, Julii etiam Tertii, Pii similiter Quarti, & Quinti, ac Sixti pariter Quinti, & aliorum Romanorum Pontif. Praedecessorum, nostrorum de rebus Ecclesiae, & Camerae praedictae non alienandis, & male alienatis recuperandis, ac dicta Pii Quarti etiam Praedecessoris de registrandis, necnon de jure quaesito non tollendo, & de non concedendis gratis ad instar, & de unionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac de exprimendo vero valore, aliisque nostris, & Cancellariae nostrae Apostolicae regulis, necnon Lateranensis Concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, ac Bonifacii Papae Octavi de una, & in

Clausula finalis.

Derogationes Constitutionum, & aliorum contrarium, quoruscumque.

Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo quis vigore praesentium ultra tres dietas ad iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon dictarum Basilicae Sanctae Mariae Majoris, & Ecclesiae Sancti Laurentii, & aliarum Ecclesiarum juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis pro tempore existentibus dictae Basilicae Archiepresbytero, Capitulo, Canonice, Beneficiatis, Clericis, & Cappellanis, necnon Presbytero Cardinali, sub cuius titulo dicta Ecclesia Sancti Laurentii existit, necnon Camerario, Theaurario, Auditoribus, Clericis, aliisque Magistratibus, Officialibus, & Iudicibus praedictis, ac etiam dilectis filiis Populo Romano contra forenses, & alienigenas, necnon Archiconfraternitati, Confraternitatibus, Praesposito, Religiosis, Congregationi Presbyterorum, illorumque Superioribus, necnon Cappellae, aliisque praedictis omnibus, & singulis, ac quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, etiam motu pari, & consistorialiter, etiam in fundatione, & primava institutione, seu aliis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, etiam si in eis caveatur, quod Cappellania, Prioratus, & alia beneficia praedictae Urbis, nullis nisi civibus Romanis, aut civium Romanorum originariis filiis, & forsitan aliis certo inibi expresso modo qualificatis conferri possint, aut alias de illis, etiam per Sedem praedictam pro tempore factae provisiones, & aliae dispositiones, nullae sint, quibus, omnibusque aliis, quae praesentibus quomodolibet obesse possent, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi etiam vires, totosque, & integros etiam praesentibus pro expressis insertis, ac de verbo ad verbum registratis habentes, illis aliis in suo robore permanuris, ad effectum praesentium, & validitatis omnium, & singulorum praemissorum hac vice dumtaxat harum serie, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 64. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae absolutionis, approbationis, confirmationis, roboris, adiectionis, supplementi, sanationum, abrogationum, declarationum, correctionis, mutationis, additionis, dispositionis, erectionis, institutionis, concessionum, assignationum, applicationum, appropriationum, declarationum, statutorum, ordinationum, mandatorum, commutationis, exemptionum, liberationum, decretorum, inhi-

Sanctio perialis.

inhibitionum, dimissionis, relaxationis, iussionis, indultorum, requisitionis, constitutionis, deputationis, reservationum, donationis, cessionis, elargitionum, positionis, substitutionis, subrogationis, pronuntiationis, sublationis, promissionis, attestationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. die 25. Octob. 1615. An. XI.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo quintodecimo, quinto Kal. Novembris, Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

CCLIV.

Institutio Confraternitatis utriusque sexus Christianissimum in Alma Urbe, sub invocatione SS. Benedicti, & Scholasticae de Nursia, cum indulgentiarum elargitione, & quotannis unum ex capitali poena damnatis liberandi facultate.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Procurium.

Pastoris aeterni, qui pro gregis salute, in ara Crucis immolari voluit, vices quamquam immeriti gerentes in terris, pia Christianissimum vota, quae ad divini cultus augmentum, & ipsorum fidelium salutem spectant, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, eosdemque fideles ad religiosa opera exercenda, indulgentiis, & peccatorum remissionibus invitamus, ut per operum huiusmodi exercitium, ad aeterna beatitudinis gaudia pervenire mereantur.

Laetius Cherubius, & alii Pontifici supplicar pro erectione Confraternitatis SS. Benedicti & Scholasticae in Urbe.

§. 1. Cum itaque, sicut dilecti filii Laetius Cherubinus J. U. D. in Romana Curia Advocatus, ac Benedictus Passerinus etiam J. U. D. nec non Sebastianus Massaronus, Olympius Cistarellus, & Franciscus etiam Passerinus nobis nuper exponi fecerunt, ipsi, & alii, qui a terra nostra Nursiae, & locis adjacentibus Spoletan. Diocesis originem ducunt, peculiari devotione ducti erga Sanctum Benedictum clarissimum Nursiae lumen, & decus, & ut saluti suae magis consulant, aliosque Christianissimos ad ejusdem devotionis studium accendant, in Ecclesia S. Eustachii de eadem Urbe, unam utriusque sexus Christianissimum Confraternitatem, sub invocatione ejusdem S. Benedicti, & S. Scholasticae, ad Dei gloriam, animarumque suarum salutem, per nos erigi summopere desiderant.

Quam Pontifici.

§. 2. Nos piis dictorum Laetii, ac Benedicti, Sebastiani, Olympii, & Francisci, ac aliorum praedictorum desiderii huiusmodi annuere, animarumque saluti paterna charitate prospicere cupientes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc

humiliter porrectis inclinati, in praedicta Ecclesia S. Eustachii, unam utriusque sexus Christianissimum Confraternitatem, quae non sit pro hominibus unius specialis artis, sub invocatione praedicta, sine alicujus praedictio Apostolica auctoritate, & tenore praesentium perpetuo erigimus, & instituiamus.

§. 3. Nec non Confratribus dictae Confraternitatis pro tempore existentibus, ut processionaliter incedere, divina officia in suo Oratorio recitare, & pro ipsius Confraternitatis negotiis se congregare, ac quaecumque statuta, capitula, ordinationes, & decreta, pro salubri eorum, & dictae Confraternitatis regimine, & directione necessaria, & opportuna, (licita tamen, & honesta, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, ac constitutionibus Apostolicis non contraria) per dilectum filium nostrum in Alma Urbe Vicarium in spiritualibus generalem examinanda, & approbata, facere, & edere, illaque pro tempore, prout eis videbitur, praevia simili examinatione, & approbatione, mutare, alterare, corrigere, & in melius reformare.

§. 4. Ac insuper omnia, & singula legata, relicta, res, & bona quomodolibet qualificata, mobilia, & immobilia per quoscumque Christianissimos dictae Confraternitatis per viam testamenti, donationis, aut alias quomodolibet pro tempore elargita, & relicta recipere, illaque per eorum Officiales, & deputatos regere, gubernare, & administrare, ac in ipsius Confraternitatis, & ejus piorum operum usus convertere, ita tamen ut de receptis, & administratis per eos eidem Vicario juxta decreta Concilii Tridentini rationem reddere teneantur.

§. 5. Praeterea singulis annis, unum reum quem petierint, & a dilecto filio moderno, & pro tempore existente dictae Urbis Gubernatore obtinerint, capitali poena (praeterquam ob crimen haeresis, laesae Majestatis, falsificationis monetae, aut literarum Apostolicarum, assassinii, aut sacrilegii, necnon homicidii deliberati, aut extractionis frumentorum, vel aliarum frugum, & rerum, contra Apostolicas Constitutiones extra Statum Ecclesiae damnatum liberare, dummodo tamen pacem ab offensis, vel eorum haeredibus habuerit, libere, & licite valeant, auctoritate, & tenore praedictis concedimus, & indulgemus. Mandantes propterea eidem nunc, & pro tempore existenti dictae Urbis Gubernatori, ut singulis annis in perpetuum dictis Confratribus, unum ex capitali poena damnatis, liberum dimittat, & concedat, ipsumque per eosdem Confratres pro tempore liberatum ab omni poena capitali eo ipso absolutum, eumque ad patriam, famam, gradus, honores, & bona quaecumque (praeterquam Filco incorporata) plenarie restitutum, & reintegratum, nec illum super praeteritis delictis, & excessibus ulterius molestari, vel perturbari posse decernimus, & declaramus.

§. 6. Postremo ut dicta Confraternitas majora in dies suscipiat incrementa, de

Confratribus dat facultatem processionaliter incedendi, divina officia in suo Oratorio recitari, ac licita statuta pro Confraternitatis regimine condendi.

Et quaecumque ab eadem Confraternitate bona quomodolibet acquisita regendi, & in illius pios usus convertendi.

Hoc habet in cap. 9. §. 2. de reform.

Indultum etiam quotannis unum capitaliter condemnatis liberandi concedit.

Indulgentias infra scriptas elargitur vi.

delicet, Confraternitatem ingrediendi, die prima ingressus plenariam.

Ac in articulo mortis, etiam plenariam.

Et pariter visitationibus illius Ecclesiam, vel Oratorium, in diebus festis S. Benedicti, & Scholasticę

indulgentiam quaque sexaginta dierum, et totidem quadragenarum eisdem Confratribus, & piam quaedam opera egerentibus.

Indulgentiam quaque sexaginta dierum, et totidem quadragenarum eisdem Confratribus, & piam quaedam opera egerentibus.

Omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, auctoritate confisi, Omnibus utriusque sexus Christianis fidelibus, qui dictam Confraternitatem in posterum ingredientur, die prima eorum ingressus, si vere poenitentes, & confessi, Sanctissimum Eucharistię Sacramentum sumpserint, plenariam.

§. 7. Nec non tam ipsi, quam pro tempore describendis in dicta Confraternitate Confratribus, & Confororibus, in cujuslibet eorum mortis articulo, si vere poenitentes, & confessi, ac sacra communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem vere contriti nomen Jesu, ore si poterint, sin autem corde devote invocaverint, etiam plenariam.

§. 8. Ac eisdem nunc, & pro tempore existentibus Confratribus, & Confororibus vere poenitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui predictam Confraternitatem Ecclesiam, vel Cappellam, seu Oratorium in die festo eorumdem SS. Benedicti, & Scholasticę, a primis Vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi, singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, ac Sanctę Matris Ecclesię exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, misericorditer in Domino concedimus.

§. 9. Insuper dictis Confratribus, & Confororibus etiam vere poenitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui predictam Ecclesiam, vel Cappellam, seu Oratorium in Navitatis, ac secundo Paschatis Resurrectionis D. N. Jesu Christi, necnon Nativitatis, & Assumptionis Beatę Marię Virginis festis diebus, a primis similiter Vesperis usque ad occasum solis dierum hujusmodi, singulis annis devote visitaverint, & ibi ut praefertur, oraverint, quo die predictorum id egerint, septem annos, & totidem quadragenas.

§. 10. Quoties vero Missis, & aliis divinis officiis in dicta Ecclesia, vel Cappella, seu Oratorio pro tempore celebrandis, & recitandis, seu Congregationibus publicis, vel privatis ejusdem Confraternitatis ubi vis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, necnon etiam, qui corpora Defunctorum tam Confratrum, & Confororum dictę Confraternitatis, quam aliorum ad sepulturam associaverint, aut quasque processiones de licentia Vicarii predicti faciendas, sanctissimumque Eucharistię sacramentum, tam in processibus quam cum ad infirmos, aut alias ubicumque, & quomodocumque pro tempore deferretur, comitati fuerint, aut si impediti, Campanę ad id signo dato, semel Orationem Dominicam, & salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinque Orationem, & Salutationem predictas pro animabus Defunctorum Confratrum, & Confororum dictę Confraternitatis recitaverint, aut peccatorem aliquem ad viam salutis duxerint, & ignorantes precepta Dei, & ea, quę ad salutem sunt, docuerint, aut quodcumque pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet predictorum operum sexaginta dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentis in forma Ecclesię consueta relaxamus, presentibus perpetuis futuris temporibus valentibus.

§. 11. Volumus autem, quod si predicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregetur, vel alia quavis ratione uniat, seu etiam quomodolibet instituat, presentibus, & quavis alia litera Apostolica, illis nullatenus quoad indulgentias, & remissiones prefatas suffragentur, sed ex tunc eo ipso prorsus nullę sint.

Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die 9. Novembris 1615. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

CCLV.

Quod de cetero perpetuis futuris temporibus quatuor Adolescentes Nationis Ruthenę, ex iis videlicet, qui ad unitatem Sanctę Matris Ecclesię redierunt, in Collegio Gręco de Urbe recipi, & admitti valeant.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem eos, qui pravis Schismatum erroribus relictis ad Sanctę Matris Ecclesię Catholicę Romanę unitatem, & communionem redierunt, specialibus favoribus, & gratiis prosequi, ut illi in ejusdem Ecclesię fide, & obedientia eo constantius perseverent, quo cumulatoribus beneficiis se affectos esse perspexerint.

§. 1. Quapropter, ut Natio Ruthenę, seu Russa fide catholica, ac sana, & orthodoxa doctrina melius, & commodius imbuatur, providere volentes, supplicationibus etiam Ven. Fratris Josephi Archiepiscopi Kiovien. & Halicien. totius Nationis predictę Metropolitanę Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: Quod de cetero perpetuis futuris temporibus quatuor dictę Nationis, ex iis scilicet, qui ad predictam unitatem redierunt, adolescentes in Collegio Gręco de Urbe predictam ob causam recipi, & admitti, ibique ad instar aliorum dicti Collegii Alumnorum ali, & teneri, ac in discedentium loca, alii ejusdem Nationis substitui debeant, apostolica auctoritate, tenore presentium, concedimus, & indulgemus.

§. 2. Injungentes propterea Ven. Fratri Nostro Benedicto Episcopo Sabinen. Cardinali Justiniano nuncupato, & pro tempore existenti dicti Collegii Protectori, ejusdem

Indulgentiarum concessionem revocet, si hac Confraternitas, alteri Archiconfraternitati uniat, vel alias instituat.

Dat. die 9. Nov. 1615. An. XI.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Exordium.

Statuit quatuor Adolescentes Ruthenos se mper in Collegio Gręco recipi.

Pręcepit Card. Protectori, aliique Collegii Ministris, ut hu-

justinodi Alumnos admittant.

Clausula.

Obstantium derogatio.

Dat. die 2. Dec. 1615. An. XI.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Procedium.

Tempore Clementis VIII. facta est Ruthenorum unio cum S. R. E.

vero Collegii Rectori, ceterisque, ad quos spectat, in virtute sanctę obedientię, ac sub arbitrii Nostri poenis mandantes, ut quatuor Adolescentes hujusmodi in dictum Collegium juxta tenorem presentium admitti faciant, & respective admittant, illisque, ac in discedentium loca usque ad predictum numerum ex dicta Natione pro tempore substituendis saveant, & assistant, ac instar aliorum Alumnorum siue aliqua prorsus differentia tractent.

§. 3. Decernentes presentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac irritum, & inane, quid quid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Collegii, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, roboratis Statutis, & Consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, eorum tenores presentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die 2. Decembris 1615. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

CCLVI.

Declaratio circa Ritus, & Cęremonias ab Episcopis, & Clero Ruthenis observandas.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Solet circumspicere Romani Pontificis providentia, si quę aliquando super literis ab Apostolica Sede emanatis dubia oriantur, suę declarationis oraculo tollere, & aliis providere, prout temporum, & personarum qualitatibus debite pensatis, conspiciat salubriter in Domino expedire.

§. 1. Aliis siquidem fel. record. Clementis Papa VIII. Prędecessor Noster bonem. Michaelem Archiepiscopum, & Metropolitanam Kiovien., & Haliciensem, ac totius Russę, & cum eo plerisque ejus Provinciales Episcopos, ac alios tunc expressos una cum omni eorum Clero, & Populo Nationis Ruthenę, seu Russę, quę cum Romana Ecclesia non communicabat, sed Gręcorum schisma sequebatur, intra gremium Ecclesię Catholicę, & unitatem S. R. E. uti membra sua in Christo sub certis modo, & forma recepit, univit, ad junxit, annexit, & incorporavit, prout in dicti Clementis Prędecessoris sub Plumbo

desuper sub Dat. Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę 1595. Decimo kalen. Januarii Pontificatus sui Anno Quarto expeditis literis plenius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut Ven. Frater Joseph Archiepiscopi moderni Kiovien., & Halicien. nomine Nobis nuper expositum fuit, non desint, qui veritatis ignari, aut ab aliis in errorem adducti sibi persuadeant Romanam Ecclesiam per unionem premissam eorum Ritus, & Cęremonias in divinis officiis, & Sacramentorum administratione tollere, & extinguere voluisse, unde scandalum multorum provenire dignoscitur.

§. 3. Qua propter Nos ex pastoralis Officii debito, inimico homini bono semini supereminandi zizania occasione auferre, & errores hujusmodi ex mentibus hominum evellere, ac scandalis occurrere volentes, necnon literarum predictarum tenores presentibus pro expressis habentes, supplicationibus dicti Josephi Archiepiscopi nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Omnes Sacros Ritus, & Cęremonias, quibus Rutheni Episcopi, & Clerus juxta SS. Patrum Gręcorum Instituta in divinis Officiis, & Sacrosancto Missę Sacrificio, ceterorumque Sacramentorum administratione, aliisve Sacris functionibus utuntur, dummodo veritati, & doctrinę fidei Catholicę non adversentur, & Communionem cum Romana Ecclesia non excludant, per unionem premissam tollere, aut extinguere Ecclesię Romana intentionem, mentem, et voluntatem non fuisse, nec esse, neque id dici, vel cęseri potuisse, nec posse, quinimmo dictos Ritus eidem Ruthenis Episcopis, et Clero ex Apostolica benignitate permisos, concessos, et indultos esse, sicut ex literis predictis, & Concilio Florentino apparet, & ex Instituto Collegii Gręcorum Urbis nostrę, nec non aliorum de Ritu hujusmodi servando, sicut accepimus, juramentum præstant, Apostolica auctoritate tenore presentium decernimus, & declaramus.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die 10. Decembris 1615. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

CCLVII.

Statutum super susceptione muneris Consecrationis pro Episcopis Ruthenis.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

In supremo Apostolatus folio divina dispositione, meritis licet imparibus, præidentes, ad ea libenter intendimus, per quę Ecclesiarum Pręfulum præsertim in par-

Nonnulli putabant, Clementem PP. Ruthenorum ritum extirpasse.

Paulus declarat proprium ritum observantiam fuisse concessam.

Obstantia tollit.

Dat. die 10. Dec. 1615. An. XI.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Exordium.

Nonnulli Episcopi Rutheni manus consecrationis acceperunt adfistibus Episcopis latinis.

partibus remotis agentium commoditati, & conscientia securitati opportune consulitur.

§. 1. Sane Ven. Fratris Josephi Archiepiscopi Kiovien. & Halicien. totius nationis Ruthenae, seu Russae Metropolitanae nomine Nobis nuper expositum fuit, quod nonnulli de quorum personis Cathedralibus Ecclesiis in partibus Russiae hactenus provisum fuit, licet juxta Ritu Graecum post unionem ejusdem Nationis cum Ecclesia Romana ab Apostolica Sede permissum vivant, tamen ob magnam Ecclesiarum hujusmodi distantiam mutus Consecrationis in defectum Episcoporum ejusdem Ritus, assistentibus Episcopis ritus Latini, gratiam tamen, & communionem Apostolicae Sedis habentibus, & alias canonice suscepturunt.

Quod fieri posse dubitant aliqui.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat id inconsulta Sede Apostolica fieri posse quidem dubitent, Nobis propterea dicitur Josephus Archiepiscopus humiliter supplicari fecit, ut desuper providere de benignitate apostolica dignaremur.

Pontifex declarat Ruthenos Episcopos consecrari posse cum assistentibus Episcopis latinis, & viceversa.

§. 3. Nos igitur pro nostri pastoralis officii debito omnem circa praemissa dubitandi causam tollere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati auctoritate apostolica tenore praesentium decernimus, & declaramus Promotis ad Cathedrales Ecclesias in dictis Partibus existentibus, & Ritu Graeco a Sede Apostolica permissio in unione praedicta viventibus, consecrationis munus assistentibus duobus, vel tribus Episcopis Ritus Latini, gratiam tamen, & communionem Sedis praedictae habentibus, & contra promotis ad Cathedrales Ecclesias ibidem existentes, qui Ritu Latino vivunt, assistentibus duobus, vel tribus Episcopis Ritus Graeci, in unione tamen praedicta viventibus, & gratiam, & communionem ejusdem Sedis habentibus, munus consecrationis impendi, & ab illis suscipi, dummodo alias canonice impendatur, libere, & licite posse, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Dat. die 10. Decemb. 1615. An. XI.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 10. Dec. 1615. Pontificatus Nostri Anno XI.

CCLVIII.

Confirmatio, & declaratio constitutionis Sixti V. super poenis, & confiscationibus, quae sunt in Statu Ecclesiastico, illarumque solutione Camerae Apostolicae debita, & forma de cetero perpetuo servanda.

Hae Sixti V. Constitutio habetur in ejus Constit. CXLIV. Ad Romanum. Tom. V. Par. I. fol. 47. Eiusque confirmatio a Clemente VIII. promulgata legitur in Const. X. Inter ceteras. ibid. fol. 343.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

IN suprema Beati Petri Sede (meritis licet imparibus) a Domino constituti, mu-

neris nostri esse cernimus, ut inter pastorales curas, Populorum nostrae, & S. R. E. ditioni in temporibus subiectorum, recto regimini nostram sollicitudinem impendamus, ac etiam provideamus, ut iuribus Camerae nostrae Apostolicae consulatur, ne ex illis, qui irreperere solent abusus, ipsa Camera Apostolica aliquid patiatur detrimentum, & quae propterea sedula meditatione à Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris salubriter constituta, & ordinata fuisse comperimus, quo inviolabiliter observentur confirmemus, & innovemus, nostraeque auctoritatis munimine roboremus, aliaque disponamus, quae in Domino conspiciamus salubriter expedire.

§. 1. Alias siquidem accepto per se. re. Sixtum Papam Quintum praedecessorem nostrum, quod, &c. Omititur tenor hujus Bullae, quia eam habes supra loco cit.

Sixtus V. edidit Bullam de qua in Rub.

§. 2. Quae quidem constitutio postmodum per rec. mem. Clementem Papam Octavum etiam praedecessorem nostrum, per suam Motus proprii cedulam sub die 22. mensis Aprilis Anni Domini 1592. publicatam, & affixam confirmata fuit.

Clemens VIII. illam confirmavit.

§. 3. Cum autem sicut accepimus successu temporis, ut humana fert conditio, Constitutiones, & Motus proprii hujusmodi culpa etiam eorum qui in eodem Statu nostro temporalem jurisdictionem exercent, per eosdem, ac forsitan graviores abusus eludantur, poenaeque, multa, & confiscationes dictae Camerae debite similiter intervertantur, & alia incommoda, forsitan etiam cum delictorum impunitate enascantur. Nos his malis opportuna remedia adhibere, eaque de medio tollere, ac dictae Camerae nostrae indemnitati consulere cupientes, Motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque deliberatione nostris, Constitutionem praedictam, omniaque, & singula in ea contenta auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, approbamus, & innovamus, eamque inviolabilis firmitatis robor obtinere, & inviolabiliter observari perpetuis futuris temporibus debere constituimus, & ordinamus, & nihilominus dilectis filiis nostris, & Apostolicae Sedis in Provinciis ejusdem Status nostri de Latere Legatis, tenore praesentium injungimus, eorumque Vicelegatis, Praesidibus, Rectoribus, Gubernatoribus, Locatenentibus, Praetoribus, Vicariis, Notariis, Cancellariis, & scribis, aliisque Officialibus, omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, praecipimus, & mandamus, ut eandem Constitutionem inviolabiliter, & ad unguem, sub poenis in ea contentis, & aliis infra scriptis observent, exequantur, & adimpleant.

Hic Pontifex illius observationem distictae praecipit.

§. 4. Praeterea motu, scientia, deliberatione, & auctoritate paribus decernimus, & ordinamus, quod Vicelegati, Praesides, Rectores, Notarii, Cancellarii, ceterique Officiales praedicti nunc, & pro tempore existentes, cum primum se ad eorum officia exercenda contulerint, teneantur expressè

Officialibus teneri declarata in ingressu Officii cum juramento promittere observantiam Bullae Sixti V. & istius Constitutionis.

fitationis, & abfensa Thefaurizationum supplicationes, &c. non recipere nec signa.

se jurare, & juramento desuper praestando declarare, se Sixti praedecessoris, ac praesentem Constitutionem nostram in omnibus, & per omnia sub poenis in ea, & nostra respective contentis, & expressis inviolabiliter, & ad unguem observaturos, nec illis sub quovis praetextu, quovis colore, causa, vel ingenio contraventuros, quodque nec ipsi, minusque pro tempore existentes nostri, & dictae Sedis Legati, nullo praetextu, titulo, jure, causa, & forma supplicationes hujusmodi ipsis, vel eorum alicui pro tempore porrigendas, dandas, vel dimittendas, taxare, & describere, compositionesque facere, decretaque quovis modo gratiam, seu remissionem poenis, seu delicti directe, vel indirecte concernentia, interponere, easque, & illas registraré, & in acta referre, processusque tam per viam supplicationum decretorum hujusmodi, quam gratiae compositionis, seu transactionis, vel remissionis, & similibus, cassare, & abolere non possint, neque valeant, nisi prius Thefaurarii, aut jurium, ac proventuum dictae Camerae conductores, vel poenarum Depositarii, & seu eorum substituti, juxta dispositionem, tenorem, & formam instrumentorum Camerae hujusmodi cum eis celebratorum expresse supplicationibus, decretis, & gratiis, compositionibus, transactionibus, & aliarum poenarum remissionibus, abolitionibus, & similibus decretis desuper faciendis consenserint, illorumque consensum ante aliquam aliam subscriptionem in calce dictarum supplicationum, & seu decretorum, vel abolitionum, aut etiam ad partes etiam propria eorum manu subscriptum praestiterint.

Aliterque receptas, & signatas gratias & supplicationes irritas declarat.

§. 5. Alioquin compositiones, decreta, abolitiones, registrationes, cassationes, & alia quaecumque contra praesentium nostrarum, dictorumque instrumentorum Camerae hujusmodi, & Capitulum in eis appositorum formam, continentiam, & tenorem desuper faciendam, & demandanda, nulla, & irrita, nulliusque roboris, & momenti sint, & esse censentur, prout ex nunc illa motu, scientia, & potestate paribus cassamus, revocamus, & annullamus, viribusque, & effectu evacuamus, ac delinquentibus, & condemnatis, & aliis quibuscumque in processibus, aliisque actis desuper pro tempore faciendis, vocatis, & comprehensis, & seu aliis interesse quomodolibet habentibus, nullatenus decernimus prodesse, quinimmo contra eos pro poenis incurfis, & seu in sententiis contra ipsos latis, ac promulgatis, & in progressu temporis ferendis, & promulgandis contentis, procedi possit, & valeat, non secus ac si compositiones, abolitiones, decreta, supplicationes, & alia praedicta minime emanassent, & seu facta fuissent.

Officialibus contravenentibus poenas infligit.

§. 6. Et nihilominus Vicelegati, Praesides, Rectores, Notarii, Cancellarii, ceterique Officiales omnes, qui sepos fecerint, indignationis nostrae, & pro tempore existentis Romani Pontificis, privationis officiorum, ac mille ducatorum auri, ac alias

Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

etiam graviores arbitrio nostro, & ejusdem Romani Pontificis poenas incurrisse, & incidisse intelligantur, & ad illorum solutionem cogi omnino possint, ac debeant.

§. 7. Ceterum, ut praesentes perpetuis futuris temporibus observentur, neve aliquis earum ignorantiam praetendere, allegare, aut se excusare possit, volumus, decernimus, & mandamus, quod earundem praesentium transumptis, & ut melius intelligantur, ipsarum compendia, sive summaria vulgari sermone conscripta, & annotata in singulis Civitatibus, Terris, Oppidis, Castellis, Villis, & Burgis Status nostri praedicti affigantur, & publicentur, ac tam praesentium, quam summarii transumpta in Cancellariis criminalibus, & in locis residentiae Gubernatorum, & Officialium affixa perpetuo sub poena scutorum ducentorum dictae Camerae applicandorum conserventur.

Compendia hanc Constitutionum, vulgari sermone conscripta affigi jubet, & publicari, & in locis residentiarum affixa retineri.

§. 8. In novorum autem Legatorum, praedictorum a nobis, & successoribus nostris pro tempore eligendorum, & deputandorum, deputationibus, ac literis desuper in quacumque forma quodcumque expediendis, apponi, & exprimi omnino debere volumus, & mandamus, quod Legati praedicti eandem Sixti praedecessoris, nec non praesentem nostram hujusmodi constitutionem observare, adimplere, & executioni demandare omnino teneantur, & debeant; alias quaecumque per eos contra illius tenorem faciendam, gerendam, & mandanda, nulla, & invalida sint eo ipso, prout ex nunc nulla esse itidem decernimus.

In deputationibus Legatorum earundem constitutionum observantiam injungi jubet.

§. 9. In discessu vero, seu syndicato dictorum Vicelegatorum, Gubernatorum, Praetorum, & aliorum Officialium, quomodolibet pro tempore pariter deputandorum, & eligendorum, cetera omnia per dictum Sixtum praedecessorem, ut supra ordinata, a Fiscis Procuratoribus, seu Depositariis, ac Substitutis, & locorum Syndicis sub quingentorum aureorum ducatorum, ut praesertur applicandorum, & aliis poenis praedictis, observari, & executioni similiter demandari debeant.

Officiales de contentis in dicta Bulla Sixti V. syndicati mandata.

§. 10. Et ita in praemissis omnibus, & singulis, & quolibet eorum, per Legatos, Vicelegatos, Praesides, Gubernatores, & Locatenentes, Praetores, Vicarios, & alios Officiales antedictos, omnes, & singulos, nunc, & pro tempore existentes, & quemlibet eorum, nec non omnes alios Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, quicquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et ita, ac non aliter judicari decernit.

§. 11. Non obstantibus omnibus illis, quae dictus Sixtus praedecessor in suis literis voluit non obflare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contraria omnia renovat.

§. 12. Volumus insuper, quod earundem praesentium transumptis etiam impressis,

Transumptis credi praecipit.